

1497

P O L E M I C I.

1498

corporea et spiritus simpliciter comprehenditur a corpore, anima uero non potest comprehendendi, et spiritus, cum separatur a corpore, perit, opera uero anime pereunt a corpore, sed ipsa non perit in semetipsa &c. Ultima sunt: *et det tibi vitam eternam. Amen. An Arnaldi de Villanova, aut Raym. Lulli?*

XVI. fol. 204. p. 2. Sine Inscriptione *Joh. Wiclefi* Opusculum de VII. Donis Spiritus sancti, cujus initium: *Cum spiritus sit tertia persona &c.* ut alibi.

XVII. fol. 208. Quaestio: *Vtrum potestas clauium ecclesie extendit se ad remissionem pene et culpe.* Ad calcem legitur ventilata: *Per M. Pe. de Vgezd in vesperijs M. andree Brode.* In *Bob. docta Balbini* reperio P. I. p. 74. *Petrum de Vgezd* pro gradu examinatum fuisse a. 1392. Compactoris vitio Differtatio haec inferta est medio Tractatui praecedenti. Idem accidit sequenti Opusculo.

XVIII. fol. 209. p. 2. *Posicio Magistri Stephani Palecz. Vtrum de necessitate salutis sit hominem confiteri solis presbiteris omnia sua peccata tam mortalia quam venialia.* Tam de *Andrea de Broda*, quam de *Steph. Palecz* dictum est saepius, et haec utriusque Differtatio catholica est.

XIX. fol. 217. *Questiuncule*, ut in calce, *conscripte a magistro Stephano quondam vicario in spiritualibus domini Arnesti tunc autem canonico regulari in Rudnicz. B. Arnestus* Archiep. Prag. obiit a.

1364. *Collegium Raudnicense* vastatum est ab *Huffitis* a. 1421. *Quaestiunculae* nostrae *Casus Conscientiae* proponunt et resolvunt, utilissimae certe *Pastoribus* suo tempore. *Exempla* earum duo *ms.* excitat *Balbinus Bob. doctae* P. II. p. 172. Ineunt: *Statutum domini archiepiscopi sic dicit. Nul- lus presbiter parochianum alterius sine licentia proprii sacerdotis &c.*

XX. fol. 233. *Collectanea* levis momenti: *Pro Defunctis*, de *Confessione*, *Mirabilia de Corpore Christi*, deque illo *Loca* quorundam *Patrum*.

CCCCIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 93¹
XV. Folior. 227. 4. non una manu perscriptus, et rubricis distinctus. *Wiclesica* continet frequentia: I. absque Titulo *Dialogum* saepius jam relatam, qui orditur: *Cum ydemptitas sit mater fastidij &c.* Ad calcem: *Explicit dyalogus editus a reuerendo magistro Jo. de Wy. sacre Theologie professore doctoreque ewangelico Nacionis anglicane.* In quo describit &c. Hic exhibetur brevis *Conspectus Operis* adjecto *Librarii Bobemi* nomine, quod a *Quodam* pie inepto extritum est.

II. fol. 24. *Sequuntur capitula abstracta per falsos fratres a dyalogo precedenti.* Item: *Sequitur Supplementum dyalogi.* Dedimus illud jam alias eodem modo inscriptum, et incipiens: *Sed demum arguunt recentius &c.* Ad calcem legitur: *Et sic est finis Supplementi*

1499

C O D I C E S

1500

Supplementi dyalogi. Sicut enim habetur Supplementum Trialogi, sic etiam et dyalogi. Et statim: Sequitur Capitulum 30. Trialogi wigleph de Canonisatione. Ejus initium: Delector frater fronesi. Quod tantum magnificas saluatorerem &c. Itaque Supplementum praeit ipsi Operi, quod en!

III. fol. 34. *Incipit primus liber Trialogi. Capitulum primum. Initium: Cum locucio ad personam multis plus complacet &c. Opus pluries relatum.*

IV. fol. 188. *Incipit Supplementum trialogi. Ita: Utrum clericus debuit dotacionem quam modo occupat, a dominis temporalibus recepisse. Et videtur quod sic &c. Et istud Supplementum alio titulo De Dotatione Ecclesiae jam occurrit Codd. variis, quos in Indice confer. Ad calcem: Dost' neliby. Improbantis.*

V. fol. 207. *De salutacione angelica. Initium: Quamuis autem salutacio angelica dicta ad beatam virginem sit communiter et laudabiliter vsitata &c. Relatum saepius.*

VI. fol. 209. p. 2. *Accedit Index alphabeticus in Trialogum.*

CCCCIV.

881 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Foliar. 359. f. per duas columnas probe, non tamen una manu, exaratus, rubricisque et marginum Summariis distinctus varia complectitur Job. Wiclefi, Job. Hussi et Jacobi de Misa

Scripta, quibus et Elenchus et Rerum notabilium Index praemittitur. Sunt vero: I. Job. Wiclefi Dialogus. Initium: *Cum ydemptitas sit mater fastidij &c. ut alias. Ad calcem: Correctus est Anno domini M^o.CCCC^o.XIV^o. post festum Georgij feria sexta.*

II. fol. 21. *Ejusdem Trialogus. Initium: Cum locutio ad personam &c. ut saepius. Ad calcem: Correxii anno domini MCCCCXIV. finiui post ascensionem domini sabbato die ante horam XVIII. Amen. Igitur in Bobemia ob horologium.*

III. fol. 125. *Ejusdem Expositio capituli 23. Mathei ewangeliste. Initium: Cum secundum Apostolum Heb. 11. fides sit fundamentum &c. ut alibi.*

IV. fol. 141. *Sequitur super (Caput) 24^m. Initium: Quia Ewangelium istud est multis absconditum &c. ut alibi.*

V. fol. 150. p. 2. *Incipit sermo Magistri Johannis Hus ad populum de corpore Christi. Amen. Initium: Impugnantibus uerba ewangelij et ignorantibus circa sacramentum dominici corporis veritatem &c. Ut Cod. DCLXII. et alias, et Opp. Hussi edit. 1715. P. I. p. 202.*

VI. fol. 156. *Posicio Reuerendi Magistri Hus de sanguine ihesu christi amen. Initium: Utrum christus omnem sanguinem &c. Ut Cod. CCCCXXI. et alias, et Opp. Hussi cit. P. I. p. 191. Hic subnotatur: Finit determinacio questionis — per Reuerendissimum Magistrum Johannem de Hussinecz*

Sacre